# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Vita humana presens b
### cum uariis

Si toto tempore illo uiueres ex quo Adam de paradyso emissus est nobis in hodiernum diem, certe uideres uitam tuam non fuisse diuturnam que sic auolasset. Vnius autem cuiusque uita hominis quanta est? Adde quantoslibet annos, duc longissimam senectutem: quid est? Nonne aura matutina est? Ergo longe sit dies iudicii quando erit retributio iustorum et iniustorum, tuus certe ultimus dies abesse non potest longe. Adhuc te prepara. Qualis enim exieris de hac uita, talis redderis illi uite.

Augustinus super Psalmum XXXVI.: Adhuc pusillum et non erit peccator.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

uiueres] illo *add.* (*del. intra*) M; nobis] usque P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; auolasset] euolasset $L^1$ $L^2$; est] ergo P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; aura] hora $L^1$ $L^2$; matutina est] esto *add. supra lin. ab alia manu* B; retributio] retributo M; abesse] adesse B M; Augustinus super] idem $L^1$ $L^2$